



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Dom XVI. post Pent. Lect. 25. tripar. Cùm introisset in domum Principis
Pharisæorum Sabbatho manducare panem, &c. 1. pars agit de Domini
benignitate frequentatis convivia peccatorum. 2. de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

parati sumus, ne incautos, & improvidos nos ad-
riatur & rapiat, nec sit qui eripiat. Inprime etiam
nobis ex mortis certo nobis incumbens confide-
ratione seculi huius miseri despectum cuius adeo
sunt caduca, adeoque brevia gaudia, quae spe nos
lactantini, cuius omnem magnificentiam, pos-
sessionem, pompam, non locus angustus, sed locu-
lus angustus, una septem pedum. claudere tan-
dem debet, veline nolint illi qui domibus ampliis,
& laqueatis vix erant contenti. Deniq; utere erga
nos misericordia tua, est si quandoque anima no-
stra in peccati tumulum insipienter se effendi sinat,
ablata gratia tuae vita, siste positores, voca & tange
eam: ut sic voce, & tactu tuo vivifico rursus vivat
per veram cordis compunctionem, rursus resi-
deat per novae vitae inchoati onem, rursus loqua-
tur, & tibi gratias agat per veram confessionem &
orationem: sicut: Matrem suam Ecclesiam, &
Sanctorum chorum laudificare valeat, & misericor-
dias tuas in aeternum decantare.

Exemplo. **H**anc potestatem mortuos suscitandi etiam
omni saeculo aliquibus speciali gratia à
Christo Domino concessam fuisse, sacris posset
probari historiis.

Ad. 9. Sic S. Petrus non solum Thabitam in Ioppe de-
functam suscitavit, sed etiam adolescentem quem-
dam propinquum Neronis Romae defunctum, id-
que in praesentia Simonis Magi ad ipsius confusio-
nem, ut refert Igeppus l. 3. de excidio Hierosoly-
mae c. 2. Cum enim arte sua magica nihil potuisset
erga eum Simon, accessit Petrus, & magna fide &
voce exclamavit: *Adolescenti surge, sanus se Dominus
Iesus.* Moxque surrexit, & locutus est, & ambula-
vit, & cibum sumpsit, & dedit eum Petrus Matri
suae.

Ad. 20. Sic S. Paulus Eurycum adolescentem è tercio
cenaculo, seu congnatione, decursum prolapsum
ipso praedicante, & sublatum mortuum resuscita-
vit. Quomodo id fecit, *incumbens super eum* instar
Eliae & Eliaei, & *complexus eum* archissime, quasi
viscera suae compassionis & charitatis in eum ef-
funderet. Reddidit ergo eum Matri suae & suis pa-
rentibus magna cum consolatione, ut ibidem Acta
testantur.

Sic cum Panfophilus filius Clarissimi Viri De-
centii in Civitate Florentina spiritum exhalasset,
Mater plena fide ablati illo de superiore parte do-
mus ad inferiora descendit, ac in lecto S. Ambrosii,
qui tunc temporis apud eos morabatur, puerum
composuit, ipso tunc absente Ambrosio. Cum ergo
revertens eum invenisset, miseratus matrem & fi-
dem eius contemplantus, Eliseo similis supra corpus
infantis se ipse composuit, atque orando meruit
vivum reddere matri suae. Ita S. Paulinus in vita
S. Ambrosii.

Sic S. Martinus trium fuit mortuorum suscita-
tor, sicut & Christus, ut eius Acta testantur. Quod
idem de S. Dominico legitimus.

Rational. Evang.

Denique, ut ad nostrum saeculum veniamus, ati-
di de S. Francisco Xaverio. Adolescens quidam
non ignobilis mortem obiit in Punicali Oppido
in ora Commorinensi. Confectum hic ad Fran-
ciscum delatus est à suis, & ad pedes eius positus
cum ingenti comploratione. Itaque eum manu
prehenit Xaverius Christi nomine surgere jubet.
Sic redivivus ille continuo surgit. Et quamvis fan-
ctus vir per humilitatem miraculum dissimularet,
& suppressere conaretur, mox tamen ubique divul-
gatum est, & celebratum opus hoc divinae virtutis
per Xaverium patrum. Accessit & aliud miracu-
lum prioris fidem firmans. Nam ibidem Christia-
na mulier Franciscum adit flens, & deplorans or-
bitatem suam, suppliciter obsecrabat ut ad filium
suum nuper in puteo extinctum accedere dignaretur.
Tum ille negans puerum esse mortuum, bono
animo jubet esse matrem, eamque sequitur. Vbi
ad ejus ades ventum est, procumbit in genua, De-
umque precatur, exanime corpus signat cruce, &
constitit exiliit puer è feretro vivus & valens, eum-
que reddidit matri suae. Sed non obstante quod Xa-
verius silentio rem regi obsecraret, per ora om-
nium eius sanctitas hoc miraculo illustris volavit.
sic viri sancti ad commiserationem moti ob se-
ctum & preces matrum, instar Christi, filios earum
suscitavit. Sed aliter illi, aliter Christus: quia ille
solo verbo & suo potuit id imperio; illi oratione
sua vel expansione corporis sui id fecere, idque
in virtute Christi.

*Dur. cell.
l. 3. c. 7.*

DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN.

Lect. 27.
inpar-
cita.

*Cum introisset in domum Principis Pharisaeorum,
sabbatho manducare panem, & ipsi obser-
vabant eum. Luc. 14.*

Magna fuit Christi Domini mansuetudo & be-
nignitas, charitas & condescensio, qui ut om-
nes lucri faceret, non solum dignatus est cum pec-
catoribus conversari, sed etiam in eorum familia-
ritatem sese insinuare, cum ipsis convesci & con-
versari adire, etiam illa in quibus ei apponebatur scel-
lus malevolentiae. Haec autem omnia peregit zelo sa-
lutis animarum, exemplum praebes omnibus quos
ad conversionem aliorum destinat, ut benigne eis
condescendant, cum illis familiariter agant, con-
versentur convivant, tolerant. Quod si quid pulve-
ris mundani inde forsitan quandoque contrahere
necesse sit, id tamen facile indulget, quia novit eos
non posse semper instar Solis radios suos spargere
per lutum & pulverem, & non inspergi hoc pulve-
re. Nam & venialium delictorum pulvis Aposto-
lorum quandoque pedibus adhaesit, quem mox ta-
men excutere & eluere fuerunt solliciti. Hoc Do-
mini cum hominibus humane conversantis & be-
nigne condescendens exemplum attendens S. Fran-
ciscus etiam eandem viam sequi, suisque consule-
re tandem resolvit, post longam cum ipsis & cum suis.

PAR. 1.
De IESU
peccato-
rum con-
versio ad-
eum.

Sermo 3.
Francisco
ad fratres
Deo

V u u

Deo consultationem. Vnde quodam die his verbis allocutum tulle fratres suos legitur: Magnum mihi dubium contigit, fratres charissimi, vobis proponendum, & a vobis Dei adiutorio dissolvendum. Quid fratres consultatis quid laudatis? An quod orationem vacem, an quod predicando discursam? Si quidem ego parvulus, simplex, & imperitus sermone majorem orandi accipi gratiam, quam loquendi. Videtur etiam in oratione iuesum & cumulationem gratiarum, in predicatione distributionem quaedam donorum calitus acceptorum. In oratione etiam est purificatio interiorum affectuum, & unio ad unum summum verum bonum; in predicatione spiritualium pulverificatio pedum, distractio circa multa, & relaxatio disciplina. Tandem in oratione Deum alloquimur & audimus, & quasi Angelicam vitam agentes inter Angelos conversamur; in predicatione multa oportet condescensione uti ad homines, & humane inter eos vivendo humana cogitare, videre, dicere, & audire. Sed unum est in contrarium quod videtur preponderare his omnibus ante Deum, quod unigenitus Dei Filius, qui est Sapiencia summa propter animarum salutem de sinu Patris descendit, ut suo mundum informans exemplo verbum salutis hominibus loqueretur, quos & sacri sanguinis pretio redimeret, & emundaret lavacro, & poculo sustentaret; nihil sibi omnino reservans quod non in salutem nostram erogaret. Et quia debemus omnia facere secundum exemplar eorum quae videmus in ipso tamquam in monte sublimi, videtur Deo magis placitum quod intermissa quiete foras egrediar ad laborem. Hec S. Franciscus ad Fratres.

Cum ad convivium Christus dixerit

Rom. 12.

Matth. 6.

Luc. 14.

Itaque Christus Dominus si quandoque convivium adibat, id non tam erat ut pasceret, quam ut convivas suos pasceret, non tam ut corpori suo bene esset, quam ut convalescentium animabus proderet. Nec enim cum carnem faciebat in desideris, quia dixerat. Ne solliciti sitis anima vestra quid manducetis. Et ubique sobrietatis dedit exemplum, qui secundum carnem non vivebat; unde etiam forsitan propterea hic dicitur introisse in domum Principis Phariseorum manducate panem: Licet enim nomine Panis Hebraeis omnis cibus significetur, tamen etiam solo pane Christum contentum fuisse non ambigimus, qui ubi miracula voluit edere pro eis, non delicias procuravit, sed panes multiplicavit, & pisciculos in cibum dedit. Nec vero respuit ad convivium invitatus alios cibos, qui dicebat Apollolis: In quaevisque domum, intraveritis, comedite que apponuntur vobis. Docuit nimirum suos & verbo & exemplo, ut ab iis quibus verbum vita nuntiarent, humanitatis obsequia sibi exhiberi non reverent, conformiter verbo Apostoli dicens: Si spiritualia vobis seminamus, non magnum est si carnalia vestra metamus. Docuit etiam non esse illicita convivii invita honesta amicitiae gratia, si sit merendus populus specu-

dum faciem Sanctorum, si absentium vitia ibi in escam non proponantur, si irratione quorundam simplicitas non traducatur, aut contemnatur, si sit sermo sale conditus, & lingua eucharis, si rursus quia absint & lubrica, si luxus & aetia eminentur. Ad illa olim vocari debebant in qui sacris officii praeerat Sacerdotes vel Levites, ut in modestiam invitatos suo exemplo continerent: Epistolis in domus tua, coram Domino, & lectura qui intra portas tuas est, carne ne dorelinquas eum. Adhuc ergo & ipsi modo possunt convivium exemplo Domini, sed modestia illis praesse, & verbo decet professe.

Coloss. 4. Eccles. 6.

Deut. 14.

In omni- bus con- vivii, gratiam sociis im- portat.

Joan. 2.

Luc. 7.

Luc. 19.

Joan. 11.

Matth. 9.

Luc. 24.

Isai. 66.

In mensa lectionem salutis Christi dedit.

Luc. 7.

Sic Dominus nulli interfuisse legitur convivio, quin aliquid gratiae spiritualis imperitus fuerit. Si ad nuptiale convivium invitatur, vinum ex aqua efficit, & manifestat gloriam suam, & Patris sui coram discipulis suis. Si invitatur ad convivium in domum Simonis, hospitem suum salutari doctrina instruit, & peccatorem cor contritum & humiliatum lachrymis conspersum in ferculum gaudiosum afferentem invitavit, remissionemque peccatorum ei impertitur. Si in domum Zachari se invitavit, salutem etiam illi domui annunciat. Si adeit ipse hospes frequens Martha & Magdalene, non solum earum domum replet benedictione, sed etiam laudat fratris Lazari resurrectione. Si ad convivium procedit ad Matthaeo & Publicano exhibitum, Apostolico eum ministerio remunerat, & salutari sermone convivas informat. Si in Emmaus cogitur remanere invitatus, non deest his a quibus est invitatus. Nam qui eum praesentem in via per ardorem cordis, plene agnoscent in mensa per fractionem panis. Similiter hic invitatus hydropicam sanavit, & praesentes sic instruit, ut eorum quippiam in haec verba prorupit: Beatus qui manducabit panem in regno Dei.

Qui ergo per Prophetam dixerat: Locum pedum meorum glorificabo, in locum quemcumque in quem pedes suos inserit invitatus, locum in quo vel sedet, vel discumbit, non deserit sine benedictione, glorificans illum, vel miracula patrandum, vel lectionem aliquam salutis ibi tradendo. Certe numquam absedit mensa sine salutari lectione, qua ad virtutem aliquam assequendam praesentes instigavit.

1. In mensa Simonis pro condimento affert lectionem de virtute Charitatis, & de divina dilectionis: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

2. In convivio Matthaei tractat de imitanda misericordia Dei: Euntes autem discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium.

3. In mensa Zachari lectionem instituit de zelo animatum & zelo gloriae Dei: Venit Filius hominis quareere & saluum facere quod perierat. Et hinc domus salus a Deo facta est, eo quod & ipse sit filius Abrahae.

4. In mensa huius Pharisei tractat de Humilitate.

Luc. 19.

tate: Cum vocatus fueris ad nuptias, recumba in no-
 vissima loco. Et addit & lectionem de Eleemofyna
 & Libertate. Cum facis primum, nobis vocare a-
 micos, neque fratres tuos, neque vicinos domos, ne
 forte te ipse revertentur, & huius retributio. Sed voca
 pauperes, debiles, elaudos, & ceteros: Et beatus eris,
 quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim
 tibi in resurrectione ipsorum. Tales modo lectio-
 nes in mensa fastidiant, & eas proponere importu-
 num iudicant homines huius seculi, qui cibata
 reipiunt mentis, dum toti inhiant cibo ventris.
 Fastidio eis sunt & oneri, qui seria & salubria tunc
 producant, & morosi iudicantur ab illis. Non ex-
 cipiunt cum plausu & pruritu aurium, nisi quae ad
 ineptiam spectant laticiam, aut ad novitatem fa-
 bulosam, aut ad vanam complacentiam & adula-
 tionem.

Christus Licet Christus Dominus Principis Pharisaeorum
 domum ingrediatur invitatus ad mensam, non
 erat tamen de numero adulatorum. Non erat de
 numero illorum, quos reprehendit S. Nilus in
 Ascetico huius verbis. Ad divites accurrimus, eoique
 ut quod cupimus, imperemus, dicimus bene me-
 ritos, & Christianorum Patronos appellamus, om-
 nesque illis virtutes inesse dicimus, quamvis in vi-
 tiorum fecunditate volentur. More canum qui cau-
 dae motu blandiore ossa, eaque etiam sine carne,
 aut panis micas proiecibus adulantur. Aliter
 Sancti Patres fecerunt. Venit ad Elisaeum Naaman
 Dux Syrus, multa munera secum tulit. Quid igitur?
 Num illi processit obviam? Nec ad praesentiam
 quidem admisit, ne muneribus quae atulerat eum
 curasse videretur. Haec S. Nilus. Cui conforme est
 quod dicit S. Gregorius Nazianzenus orat. 27. *Mon-*
ita comparatus sum, ut hominum benevolentiam
blanditus & assensatione ferriperere queam, quales
multos aorum video, qui hoc tempora sacerdotum mu-
nus praesentur, ut fides nostra pietatem, qua prius
simplex aique artis expertus erat, artificiosam reddi-
derunt, ac novum quoddam politicos genus a foro
ad sancta transferunt. Et a theatris ad sacrarium.

Sacerdotes Utinam & hoc tempore de multis Sacerdotibus
 & Religiosis id verum non sit! Hi frequentant Ma-
 gnatum aulam, & divitum mensam, & ut benevo-
 lentiam eorum expiscantur, artificio veniunt & as-
 sentatione, videnturque eorum cupiditati servire,
 cum eam tenerentur reprehendere. Non sic Chri-
 stus, qui non obstantibus conviviis cum benevolen-
 tia sibi exhibitis, peccata suorum hospitem, vel
 convivarum libere increpat, ut medelam eis ferat.
 An non cum libertate in domo & mensa Simonis
 se gerat, & eum reprehendit *Intravit domum tuam,*
aquam pedibus meis non dedisti, oleo caput meum non
unxisti, osculum meum non dedisti. Haec autem mu-
lier lacrymis rigavit pedes meos, capillis terxit, o-
sculari non cessavit, oleo unxit. Erras ergo, o Si-
mon, dum dicis intra te: Hic fuit Propheta, sciret
utique quae & qualis est mulier quae tangit eum, quia
peccatrix est. An non in domo propria Martham de-

Inc. 7. *Quid de Esther dicemus? Nonne & ipsa adorna-*
Vuuu 2

nitia reprehendit sollicitudine, licet eam in gra-
 tiam ipsius suscipiat, ut hospitem digne tractet;
 Martham, Martham sollicita es & turbaris erga plurimum. *Luce. 10.*
 Porro unum est necessarium. An non hic in domo
 Principis Pharisaeorum ambitionem carpit eorum,
 quod primos accubitus eligerent? Nescit a dulci ergo
 Christus propter eam, aut propter inopiam.
 Nec suos vult similem ob causam divitibus adblan-
 dari ultra quam deceat. Quamvis cum benignitate
 & prudentia velit cum illis agi, ut à vitis ad virtu-
 tem traducantur, ideo enim & ipse cum illis fami-
 liariter conversatus est. Quapropter S. Chrylogo-
 gus sic de ipso loquitur ser. 29. *Iesus epulabatur non*
sibi, sed reditu peccatoris, ut revocaret convivio hu-
manitatis affectu, dulcissima confabulatione discum-
bentes, quos sciebat iudicis agnita potestate posse dissol-
vi, percelli terrore Occultarius se Dominum qui servis
dignatus est fiduciam non negare: maiestatem tenet,
qui fragiles sustinet parentis amore complexa.

Dicamus interim convivia parce frequentanda **Pars II.**
 esse, quia in illis fere latet aliquis lapis offen-
 sionis. Vel enim suggeritur occasio intemperantiae, *vanitatum*
 vel dissolutionis laticiae, vel libertatis nimiae. Sic Pharisae-
 onim modo habent seculi mores, ut passim con-
 vivium sese interferant tamquam indivisi comites
 temulentia & lascivia, aut tamquam pedifsequi
 finem subsequantur. Mora enim quae inter fequas
 protrahitur, ac propinantium importunitas, fit gula
 damnosa illecebra; ita ut honestam recreatio-
 nem facile vertat in temulentam laticiam, & vo-
 luptatem. Sed nec deesse solent ibidem qui aliorum
 actiones & sermones dolose explorent, finistre in-
 terpretentur, malevole observent. Quod ergo hic de
 Pharisaeis parum benevole erga Dominum sese ge-
 rentibus dicitur, hoc saepe in conviviis verum esse
 dignoscitur: *Et ipsi observabant eum.*

Sape inter Notum est ex antiquis historiis crebro infidias **convivia**
 à malevolis fuisse adornatas in convivio. **infidia.**
 Quis ignorat infelicem successum convivii Abalonis,
 qui adeo instanter & amanter invitatus fratrem
 suum Ammon? In convivio tendit eum laqueum.
 Unde servis suis praecipit: *Observate eum tumu-*
lentus fuerit Ammon vino, & dixerit vobis percutite
eum & interficite. Fecerunt ergo sicut praeeperat
eis. An non igitur hic verum iuit: Et ipsi observabant
eum?

Quis etiam ignorat infidias & necem Simonis
 Machabeorum Ducis in convivio infelicissime illa-
 tam? Perambulans civitates quae erant in regione
 Iudaeae, & sollicitudinem gerens eorum, descendit
 in Iericho. Et suscepit eos Filius Abibi in muniti-
 unculam quae vocatur Doch cum dolos, & fecit eis
 convivium magnum, & abscondit ibi vios. Et cum
 inebriatus esset Simon & Filii eius, surrexit Prolo-
 meus cum suis, & intraverunt in convivium, & oc-
 ciderunt eum, & duos filios eius. An non & hic ve-
 rum iuit: *Et ipsi observabant eum?*

Quid de Esther dicemus? Nonne & ipsa adorna-
Vuuu 2



vitae convivium tamquam laqueum, ut interciperet & interimeret hostem suum Aman? Dixit enim Regi; Si placeat Rex, obsecro ut veniat ad me. Aman secum ad convivium quod paravit. De hac invitatione gaudebat, imo superbiebat & gloriabatur Aman coram uxore & amicis, Regina Esther nullum alium vocavit ad convivium cum Rege praeter me, apud quam etiam eras cum Rege sum praesens. Sed ignorabat infelix laqueum sibi paratum in hoc regio epulo, benigna obumbratum invitatione. Audi hac de re Rupertum Reginae factum ponderantem lib. 3. de victoria verbi Dei, Non aperuit confestim Regina suam petitionem & voluntatem, sed ad convivium utrumque vocavit amicum & inimicum, Regem & Aman. Prudenter providebat illic aperire inimicitias, unde effugere non posset hostis homicida. Feram immanem, ursum ferocem ut tradat ad supplicium, alliciat ad edulium: ne prius audiat famam quam subeat poenam, ne prius videat foream quam incidat in eam: sciens commodius esse feram comprehensam interius opprimi, quam exteritiam & per salus fugientem cum canibus dubio eventu insequi. Haec ipse. Itaque & hic verum est de Aman: *Et ipsi observabant.*

*In qua
Christum
observa-
vunt.*

Sed quaesit in quoniam hi Pharisaei observabant Dominum secum conviventem? observabant eum in omnibus, in potu, in cibo, in verbo, in facto. Quid non solet malevolentia & malevolenda invidia in aliis observare, ut dijudicet, inficiat, criminetur? Dijudicet temerarie, inficit venenosae criminatur calumniosae etiam opus bonum, & cum opus non potest reprehendere intentionem bene agentis interpretatur finitiae. Si quis studet humilitati, dicit hypocryta est, si recreationi gulosus est, si patientiae timidus est, si iustitiae impatiens est, si simplicitati fatuus est, si prudentiae multiosus est, si maturitati phlegmaticus est, si jucunditati dissolutus est, si religioni singularis est, si societati secularis est, si vigiliis & orationibus indiscretus est, si praedicationi & aliorum salutis appetitor laudis est, si habet gratiam hominum adulator est, si adulari renuit superbus est. Sic conqueritur S. Chrysostomus & quotidiana experientia satis exploratum est, homines enim invidi & malevoli quod virtutis est, vix deputant temere, & quod viti est vultu adferunt impietate. Hoc ipso conqueritur Sidonius Apollinaris lib. 7. ep. 7. in haec verba: Quis non erubescat, cum videat sordidari virtutum sinceritatem in conversatione vitiatorum? Si eligimus humiliter, vocari abjectus. Si proferimus erectum, vocatur superbus. Si nimis institutum, propter imperitiam creditur videntis. Si aliquatenus doctum, propter scientiam elatus arripit. Si leve est, tanquam candelis horretur. Si indiligentem, facilitate culpatur. Si simplicem, despicitur ut minus. Si acrem, vitatur ac callidus. Si diligenter, superstitiosus dicitur. Si remissum, negligens iudicatur. Si solertem, cupidum, si quietum, pronunciatum ignavus. Si

*Nota viti-
piorum
de aliis
iudicium*

abstemium producimus, avarus accipitur. Si enim qui prandendo pascat edacitate impetitur, si eum qui pascendo jejunit, vanitatis arguitur. Libertatem pro improbitate condemnant, verecundiam pro sufficientia fastidiunt. Haec ipse. Si minimum homines tamen pro affectu suo iudicant, & ut plurimum iudicium illud ex invidia, vel malevolentia ortum habet.

Ab his iudicis non fuit exemptus Christus Dominus, quem adversarii observabant in cibo & potu, in conversatione & convivio, & in minimis quibusque. Nam festucam in eo quarebant, cum trabe ipsi onerati forent; muscam liquabant & cribabant in eius verbis vel actionibus, cum camelum glotirent in suis. Propterea invitavit ad convivium, & locum ac tempus benevole relaxationis, vertunt in locum & tempus odiosa observationis. Ideo sibi conqueritur Dominus de eorum malevolentia & invidi: *Veni Iohannes, neque manducans, neque bibens, & dicunt; Dementium habet Veni Filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanus & peccatorum amicus.* Dupliciter homines ad meliorem inducuntur vitam, quidam per speciem sanctitatis, quidam per viam familiaritatis. Christus & Iohannes has sibi diviserunt vias. Ideo Iohannes, cui asperitatem viam Dominus reliquerat, non comedit aut bibebat, cibum scilicet aut potum ordinarium & delectabilem; non manducabat panem, nisi bibebat vinum, & tamen quia sic abstinentes erat, dicebant de illo, *Dementium habet.* Christus autem venit manducans & bibens, hoc est, indifferenter oblatos cibos acceptans, liberet etiam ad invitantes accedens, non cibi temporalis gratia, sed ut sua familiaritate invitantes ad fidem adducat, ut gratiam hospitalitatis comperiet, ut cibum spiritualem communicet, & tamen nihil proficit hac familiaritate, eo quod observent eum invidiose, & onerent eum calumniose. Instimulant eum intemperantiae & conversationis pravae, cum in ipsum vitium haud posset cadere. Sed non ideo Iohannes aut Christum ab instituto itinere violentae linguae potarent revocare, per idque nos docuerunt, quam parvi pendenda sit hominum loquacitas, dum boni quippiam aggredimur. Attendendum tunc nobis illud S. Gregor. Nazianz. orat. 3. de pace: *Atque quod ego sum hoc manes, sive maleficus impetator, sive laudibus exebat. Mortalis autem temere verbis natus, nec me improba lingua magis circumfluens, quam aquorea spuma a scopulorum circumluit, vel arborem densam & sublimem tenuis aura.* Sic etiam S. Paulinus Epist. 6. ad Severum admonet ne obstrictationibus improborum plura institutum deserat his verbis. *Ne moveantur. Frater dilectissime, pedes nostris a viis Domini si nos interdum profana vel stulta quorundam secularium verba circumlavent. Instruisti enim satis per sacrae litterae sumus, & de istis, & de nobis. De his enim Apostolus nobis ait, de hoc laudatam & multatamur, quia speramus in Domino.*

Matth. 23

*Duobus
modis ad
melio-
riorem
vitam in-
ducimur.*

Luce. 11

1. Tim. 4

Pars III.
Sanatio
hydropici
qui signa-
fuit.

Quem qui est salus omnium maximo fidelium. Non itaque delistendum à bono opere propter vituperium; quia vituperari ab improbis laus est. Non est lites vituperium; sed laus, odio esse vituperationibus. Ob latratum caniculorum à via declinare puorum est; nec in quiete debent aures dici, si quandoque ululae & aves; non dissono suo ingrato aures feriant & obmurmurent.

Distin-
diferen-
tiam an
Sabbatum
Christus
violaret.

Ceterum, licet maligni Pharisei in omnibus Christum observare soliti sint, blande loquentes, benevole invitantes, vel proponentes, sed se immitentes congenite malitiae, ut eum quapiam in re deprehenderent in errore; possimum tamen hic videntur observasse eum in occasione violandi sabbathi per sanationem hydropici. Adduxerant enim hydropicum istum in sabbatho ad Christum ut tanquam sabbathi violatorem apud plebem traducerent. Unde S. Chrylogus serm. 3. sic hanc de re loquitur eleganter: Propter vituperium sub-
mittentibus capitis, adulabantur lingua, vulnera dabant dolis: Et quasi non sufficeret ad odium contemp-
tus, despectus ad injuriam; Christum persequen-
tur insidias, obiciebant curantibus sabbatho, ut si non curasset, ferret de impossibilitate contemptus, de lege maneret calumnia si curasset.

Observabant itaque solliciti Pharisei num sabbatho curaret, ut acculerent nihilominus Christus eorum sciens cogitationes & pessima consilia, tanquam virtutum lux libere agebat, liberè loquebatur, libere eos arguebat & confundebat, & cum verbo, tum facto. Infrustra ergo invigilant frustra invidiant, frustra quaerunt in sole macula, in virtute vitium. De salute data reatum non possunt nisi aperta malitia impingere, aut in cura crimen, vel in pietate accusationem reperire; quasi contra salutem non pro salute sabbathum sit institutum. Quapropter eadem observatione invidiosa infidiabantur oblati ei sabbatho homine habente manum aridam, interrogat eos Dominus: *Luce sabbathis*

Mar. 3.

benefacere, an male: animam salvam facere, an perdere? Cumque ipsi tacerent, circumspiciens eos cum ita, contristatus est super cecitate cordis eorum, inquit S. Marcus, & dixit homini illi: Extende manum tuam, & extendit, & restituta est manus ipsius. Sic etiam hic confudit eos exemplo bovis aut asini in puteum cadentis in die sabbathi, quem eo ipso die licebat extrahere. Quasi dicat: Si vos Pharisei & Legi peniti bovem vel asinum extrahitis in sabbatho, & legem infringi non existimatis, cur me temere judicatis de sanitate aegri in die sabbathi data? vos id facitis consulentes avaritiae vestrae, ego ex charitate, cur me reprehenditis de charitatis opere? Vos magna ad id laborem & conatum adhibere necesse est pro asino extrahendo, ego sine labore sanitatem confero, idque homini qui longe praestat asino. Deponite ergo odium caliginem offundens oculis vestris lividis & agnoscetis in hoc opere meo lucem, agnoscetis & pietatis rationem ad salutem miserorum rite ordinatam & laude dignam.

A Domino reprehensi tacerunt Pharisei, nec interroganti responderunt; non ex ignorantia, sed ex malitia: quicquid enim ipsi dixissent; contra se dixissent. Si enim dixissent non licere, respondeant ad id quod eis proponitur de asino & bove. Si vero dicant id licere, cur ergo dolose observant cur toties contra Dominum hac de causa obmurmurant ut eum in odium vocent? Nonne murmurant quod sabbatho hominem sanasset habentem manum aridam? Repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad invicem quid facerent Jesu. Nonne indignantur quod paralyticum triginta octo annos habentem in iniquitate apud piscinam probaticam sabbatho sanasset? Dicebant illi: Non licet tibi tollere grabatum tuum, sabbatum est. Quibus rectè ille: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit; Tolle grabatum, & ambula. Quasi dicat: Si me sanum potuit facere, potuit & hoc praecipere; ideo nec vos mihi potestis prohibere. Egregia libertas qualibet praedicat liberatorem & benefactorem suum, ejusque potestatem; non obstante quod ipsi in eum fuerent; quasi malefactorem. Sic rursus indignatus Archyriagogus, quod mulierem quae habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec sursum poterat aspicere, Christus sabbatho curasset. Unde dicebat turbae: *Sex dies sunt in*
quibus oportet operari, in his ergo venite & curamini, & non in die sabbathi. Cui responderet Dominus: *Hypocritae, unusquisque vestrum non solvit bovem suum, aut asinum sabbatho à praesepio, & ducit ad aquam? Hanc autem filiam Abrahæ quam alligavit*
Satanas, ecce decem & octo annis non oportuit solvi à vinculo illo in die sabbathi? Et cum hæc diceret, embelescebant omnes adversarii ejus, & omnis populus gaudebat in universis quæ fiebant ab eo, ut ibi dicitur. Sic denique, Sabbatum erat quando
Iesus lutum fecit, & aperuit oculos cæci nati. Unde murmurabant: *Non est hic homo à Deo qui Sabbatum non custodit.*

Luce. 6.

Joan. 5.

Luce. 13.

Joan. 9.

Similiter ergo & hic non obstante in vita observatione convivarum suorum apprehensum hydropicum sanavit ac dimisit. Noverat ejus Dominus desiderium; quamvis illud explicasse non legamus, quia ut ait S. Cyrillus & Euthimius: *Metu Phariseorum non audebat postulare in sabbatho sanitatem; sed sanum ante Christum stat, ut ex aspectu miseratus sanes eum.* Sic ergo non quaerit Dominus ab eo si sanus velit fieri, nec ab alio quopiam ad id est rogatus, sed ex misericordia sanat ultroneus. Quomodo autem sanatur? Atta tu carnis suae sanctissimæ, & manu virtutis suæ divinæ apprehensum sanat, & in signis perfectæ sanitatis dimittit, ut jam liber & expeditus quo voluerit, ambulet, qui mire antea gravatus incedere vix poterat: *Sanasse etiam & dimississe dicitur, quia nihil mercedis vel servitutis ab eo exegit ob sanitatem; sicut nec Elizeus à Naaman sanato quippiam voluit accipere, ut doceremur quod gratis accipimus gratis dare ac avaritiam fugere, quam iugam & docebatur in hac hydropici sanatione.*

4. Reg. 3.

Vuuu 3.

Hy-

Hydropicus quoque est avarus.

Hydropicus enim iste triplicis peccatoris est pum genit, avari, luxuriosi, tunc b. Primo quidem avarus hydropico similis est, quia sicut hydropicus quo amplius bibit, amplius fit: ita etiam avarus ex potu suum multiplicat, quia eius non expletur cupiditas, sed ea quae appetit dum adeptus fuerit, ad appetenda alia ulterius anhelat. Ergo verum est illud Iob: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Sic quibus intumuit venter suffusus ab nuda,

Quo plus sunt posse, plus fituntur aqua.

Adeo fitit avarus pecuniam quasi aqua, ut furtiva vel turbida aqua etiam ei suavis videatur, hoc est, ut pecunia iniuste acquisita etiam ei sit grata. Sic dicere potest illud: Aqua furtiva dulcior est sane.

Prov. 9.

Et panis absconditus suavior. Furto sublata videntur suaviora, quia sicut majori desiderio fuerunt desiderata, ita majori voluptate videntur percipi: fere enim propria vilescunt & aliena desiderantur. Sed nec haec scim extinguunt, quin potius augetur, nam adeo ardentur quidam situnt ut sanguinem etiam pauperum tugentes non fatientur. Nul- lum in sanae suae cupiditati modum ponunt, donec per motum crepant turgidi & distenti corrupto & exitiali humore, non prius avaritiam ponunt, qua animam. O nescitis hydropici! Non ab similes sunt avaro illi discipulo Christi qui suspensus crepuit medius, & effusus in terram visceribus vacuo ventre pepercit: ipsi enim in crepitu mortis omnibus amissis manet & vacui remanent; tunc qui de illis verum est illud: Divitias quasi depravavit, evomere. Et de ventri ejus extrahet illas Deus. Sed a fame & siti cupiditatis inextinguibilis ad famem & sitim erescunt, nunquam rememorantur qua jugitur sunt cruciandi. Haec est illa sitis apud interos, facitque rabiosa, quam ad quibantur Poetae per exemplum Tantalum, cui in medio flumine Stygio constituto & poma ante os nascuntur, & aquae usque ad labra. Sed quum facit rabiosa aliquid horum capere tentat, mox evanescit, sicque semper frustra- tur infelix, semper doma fugientia dentibus, semper evanescens aquas labris infectans. Unde illud Horatii ad avarum;

Iob. 20.

Tantalus a labris sitiens fugientia captus Flamma? Quis videt? Mutato nomine de te Fabula narratur.

3. LUXURIOSUS.

2. Luxuriosus etiam similis est hydropico ob sitim quam patitur carnalis voluptatis: quia teste S. Hieronymo, luxuria inflatibilis est voluptas, quae quanto magis capitur, tanto magis utentibus se, sitim creat, nam licet luxuriant & fornicant vires deficiant, desiderium tamen non deficit, nec quiescit. Propterea etiam dixit Sapiens: Sanguisuga duo sunt sua dicentes, asser, asser. Hoc est, duo vitia imitantur naturam & conditionem sanguisugae. Est autem sanguisuga vermis aqueus, qui non relinquunt cutem nisi plenus cruoris, & experientia dicitur habere duo ora quae sanguine non satiantur. Hanc ergo imitantur libido & avaritia, quia

non satiantur; sed semper clamant, asser, asser. Propterea etiam inter tria in satrabilia recensentur ibidem a Sapiente Terra (hoc est avaritia terrenis inhians, quae sicut terra arenae semper est parata aequam suscipere) & Orvulus, hoc est carnis concupiscentia & libido. Uterque ideo luxuriosus per hydropicum recte significatur, quia sicut hydropicus foetet aehelitus, ita a luxuriosa anima foetoris quaedam exhalatio prodire mox agnosceatur. Cum enim luxuriosus interiorer gerat corruptionem, mox etiam per verba & opera corruptio prodit exterius; Ex abundantia cordis eius loquitur. Unde de illo verum est illud: Ascendet fletor ejus. Et ascendet pueredo eius. Clamor Sodomorum non erat nisi fletor luxuriae eorum in caelum conscendens. Sic ab his qui computruerunt quasi fumenta in fletore suo, hoc est a carnalibus hominibus qui in fordidis latent luxuriae, quid expectari potest nisi fletoris exhalatio, sicut etiam ab hydropico qui humore corrupto distenditur, non nisi graevolentia sequitur & fletor?

Matt. 12. loc. 2. Gen. 18.

3. Per hydropicum etiam superbus designatur, ob inflationem. Sicut ille humore aequo est distentus, ista & iste vanitatis vento, vel arrogantiae tumore. Quid est enim arrogantia vel superbia, nisi mentis inflatio vana? Unde S. Aug. hac de re sic loquitur: Est superbia non magnitudo, sed tumor: quod autem tumor videtur magnum, sed non est sanum. Hinc superbi comparantur bufoni Aesopico, qui cum in eodem secum pinto bovem pascentem advenisset, ejus invidens magnitudini voluit & ipse ei ad aequum sui quodam incremento tumido. Sed toto annulo se inflans, crepuit medius. Sic pereunt multi propter nimium tumorem & inflationem mentis. Actandem de illis verum est illud: Distrumpet illos inflato sine voce. Nempe contingerit ut illos Dominus distrumpat inflatos sine ulla voce excitationis, quia odit tumorem & superbiam. Ac facilissimum est eif illos distumpere, non minus quam pueru vesicam vento inflatam acus punctione, siquidem mortis aculeo puncti, & non compuncti, infeliciter saepe superbiae ventum & animam simul efflant, coguntur que conque- rit: Quid nobis profuit superbia, aut arcuarium saciantia quid contulit nobis?

3. Superbia b. v. m.

Sep. 4.

Sep. 1.

Jacebat ergo hydropicus in domo Principis Pharisaorum: similes etiam illi hydropico reperiantur in domibus Principum. Reperiuntur enim ibi qui sitim patiuntur inflatibilem cupiditatis, semper dicentes; Asser, asser, ita ut si non afferat, nullo modo eis gratus sit: & ita quodam exsurgunt, ut etiam sanguinem efficiant, nec sanguine subditorum satiantur. Non etiam ibi desunt hydropici qui inflationem patiuntur superbiae, & sitim ambitionis cupidae, ideoque digni sunt commiseratione. Denique ibidem reperuntur hydropici foetidi fletorem exhalantes luxuriae, qui eo deveniunt demerere & corruptionis, ut simplicem fornicationem vix a sument culpam, sicque vacent

In amli principum rates hydropici

Pia hor ad dpa

tant corruptioni & libidini, quasi iumenta adhaerentia fieri ori & putredini. O vere miserandos, o ter quaterque infelices, qui hoc triplici morbo laborant!

Sabbatum est Christus peccatores curari.

Advertendum vero quod non solum hydropicis iste in sabbatho sanatus, sed etiam omnes quos in sabbatho sanavit, typum gerebant peccatoris, quem quando Dominus convertit & sanat, quasi sabbathum suum, & festum sibi diem computat. Quid paralyticus iuxta piscinam à Christo in sabbatho sanatus, habens iam infirmitatem triginta annorum, aliud designat quam peccatorem miserum & languentem, membra sua ad Dei obsequium movere non potentem, in aecia & torpore jacentem? Quid mulier incurvata sursum aspiciere non valetis, decem & octo annis aegritudine afflicta, sed postmodum in sabbatho erecta, aliud designabat quam animas coelestium oblitatas ad res terrenas tota sollicitudine incurvatas, pondere peccati depressas, vinculis cupiditatis terrene colligatas?

Quis habet manum aridam in sabbatho.

Quid designabat homo habens manum aridam qui etiam in sabbatho accepit sanitatem, nisi eum qui nulla virtutis opera facit? Manus enim est organum operandi, & cui illa arefcit, omnino otiosus est, & inutilis, egeatque sanitate. Manum etiam aridam habet qui eam avaritia habet contractam, non liberalitate erga pauperes libere porrectam. Immo in hoc homine omnium hominum imago figuratur, in hoc geritur cura cunctorum, in hoc universum sanus diu expectata reparatur, inquit S. Chrysologus serm. 32. Atruerat enim manus hominis, & in ipso mundi principio hanc contigerat aegritudo, nec arte hominis poterat haec curari, quae iuxta Dei indignatione fuerat contracta, tegerat vetita, in concessa praesumpserat, cum se ad arborem scientiae boni & mali portexerat. Perfecta autem salus reservabatur in Christo, quia tunc ariditas nostrae manus miserando dissolvitur, cum ab eo tangitur, cum croce Dominicae Passionis perfunditur, cum ad vitale lignum crucis extenditur, cum arborem salutis amplectitur, cum clavis Domini affigitur, ut nunquam ad arborem concupiscentiae, & aeternae redeat voluntatis, ita ille. Denique, quid caecus ille per lutum à Domino curatus, aliud designat quam peccatorem in caecitate mentis agentem, qui lumen caeli non videt, nec gratiae luce illustratur, nisi auxilio Domini nostrum lutum asumentis & nos illuminantis? Et hic igitur in sabbatho à Domino curatur.

Pia adhortatio ad accedendum.

Accedite igitur in sabbatho nostro Christiano, quicumque optatis curari à Christo: ad id enim sabbathum nostrum institutum est, & Dominica dies dicitur, quia Dominus in eo beneficia sua specialiter imperitur. Iste est dies in quo omnes accedentes ad Dominum sanantur à languoribus suis & infirmitatibus. Nolite ergo dubitare, aut debitando inquirere, si licet sabbatho curare? Illo enim die porticus quinque aperti sunt vulnerum Domini, in quibus multitudo languentium, caecorum, ari-

dorum paralyticorum, hydropicorum nasci potest sanitatem. Illo die piscinam sanguinis sui aperit omnibus, & medelam eis offert. Illo die parati sunt Angeli Domini aquam thovere; hoc est aquam gratiae parati sunt Sacerdotes admoveere ad absolutionem, & elutionem culparum, & sanctificationem animarum, & sanctificationem accedentibus: Surge per contritionem, ambula per confessionem, tolle grabatum tuum per sanctificationem, onus penitentiae tuis impone humeris, & vade in domum tuam per gratiarum actionem. Illo die manum aridam cupit sanare, si eam extendatis humiliter oratione & supplicatione. Accedite ergo aridi, accedite paralytici & languidi, accedite hydropici; isto die operat vos apprehendere manu sua, & ad se attrahere, ac sanitate donare, panemque vobiscum coelestem manducare. Accedite incurvati spiritu infirmitatis & colligati, quia isto die filios Abrahæ vult dissolutis vinculis Sathanae, liberos reddere, & in caelum erigere. Accedite caeci & caliginosi, quia eo die vult lucem oculis mentis & cordis vestri infundere, ut lumen caeli possitis contemplicari. Non ergo dicimus vobis quod Archifynagogus; Sex dies sunt in quibus licet operari, in his ergo venite & curamini. Sed e contra dicimus vobis: Sex dies sunt, in quibus vestris operibus potestis vacare, sed in sabbatho venite & curamini. Quomodo poteritis curari? Equidem poteritis tunc curari per cordis contritionem, per Missae sacrificium, per peccatorum confessionem, per orationis efficaciam, per verbum sanctum Dei, per sanguinis Iesu applicationem, per efficacem eius contactum, per vinculorum peccati dissolutionem, per panem & convivium vivificum Eucharistiae, per spiritualium remediorum medelam variam tunc vobis oblata liberaliter & abundanter. Sicut enim olim Dominus in die festivitatis clamabat: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. ita & modo adhuc in die festivo sabbati nostri censetur omnibus inelamare: Si quis sitibundus est & febricitans, veniat, & bibat de fonte vitae; si quis aeger est & languens, accedat ad me, & particeps fiet medicantis gratiae meae.

Joan. 7.

Concludo igitur, & pro more ad Dominum Iesum summum Medicum sermonem concesso. Represento tibi, Domine Iesu, omnes qui inter hoc praesentes spirituali laborant hydropici: illos sisto ante te, quia pleni sunt misericordiam oculi tui. Tu sanas omnes infirmitates & languores nostros, & accedentes ad te in sabbatho non confundis: nec spei inanes remittis. Sana ergo inflationem superbiae nostrae, sana sitim insatiabilem cupiditatis & avaritiae, sana foetidum anhelitum concupiscentiae & luxuriae. In sabbatho isto, sana ut in illo nanciscamur medelam & salutem efficaciam manus & gratiae divinae, ut in illo reperiamus sabbathissimum verum quietem bonae conscientiae, & cessationem ab omni iniquitate. Hoc potest manus tua, hoc potest gratia tua, quae etiam sola nos efficit dignos

Conclusio.

ad manducandum tecum panem vivificum in sabbatho, in convivio mystico. Efficiat obsecro ipsa eandem ut perfectè sani transcamus ad sabbathum æternum, & ibi accumbamus mensæ tuæ, & manducemus panem illum deificum, de quo dictum est: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Hoc nobis concede. Tu qui benedictus es in sæcula.*

EADEM DOMINICA.

Si licet Sabbatho curare? Luc. 14.

PARS I.
De illicitis in Sabbatho Christiano.

Interrogabat Dominus Phariseos: *Si licet Sabbatho curare?* Novimus nos in sabbatho nostro licere curare, tum corporis, tum animæ aegritudinem. Non ergo necesse nobis est interrogare: *Si licet Sabbatho curare?* Interrogemus interim hac occasione quæ in Sabbatho licita sint, quæ illicita, ad plebis devotæ instructionem, pro Dominicæ diei sanctificatione. Ad hunc effectum breves interrogationes dirigæ, ad cujuslibet fortis vel conditionis Christianos.

1. Pastores mercatorum sabbatho vacent.

Primo quidem, interrogo vos qui mercataram vel negotiationem lucrosam exercetis: *Si licet Sabbatho vacare computibus in ordinem redigendis, transactionibus & contractibus peragendis? Si licet Sabbatho perfuntione mane auditâ Missâ, mox ad negotia & lucra discurrere, & totum penè diem in sollicitudinibus huius sæculi conterere?* An hoc est Sabbathum Christianum ut decet sanctificare, cum animus non sit perfectè cum Deo, nec spiritus sit suus in quiete? An vero pauci sunt qui his tunc vacant, & divina negligunt? Vos miramini quandoque infortunia contingere rebus in domesticis, in mercimoniis, in negotiis, nec consideratis hæc à Deo permitti & immitti, eò quod ut oportet festa non sanctificetis, sed cultum Dei negligentes, & negotiis vestris immeriti Deum penè oblivioni traditis. Sic frustra inclamat Dominus: *Memento ut diem sabbathi sanctificetis, quia in illo sic vos geritis, quasi oblitus sitis quis ille sit dies, quam ob causam institutus, quibus beneficiis ornatus.* Frustra etiam vobis illo die inculcatur: *Vacatis & videte, quoniam ego sum Deus.* Nolite vacare tunc vestris mercatorum, negotiationibus, lucris, ne videamini potius adorare Mercurium, Deam computuum & mercationum, quam Deum Christianorum, qui à vobis eo tempore expetit quietem corporis, sed magis mentis, ut sit verus sabbathismus, in quo possitis negotiari cum ipso qui alibi dicit: *Negotiamini dominum venis.* Ipe conuenit de vobis: *Domus mea deserta, & vos festinatis unusquisque in domum suam ad negotiandum.*

Exod. 20.

Psalm. 45.

Luc. 19. Aggæ 1.

2. Pauci officii.

2. Interrogo vos, qui opere manuum vel mechanico aliquo officio vitam & familiam vestram sustentatis: *Si licet Sabbatho ebrietatibus & commesticationibus ea prodigere, quæ sustentationi fa-*

milie v. ecessaria sunt, & maximam partem eorum quæ per totam hebdomadam opere manuum laborati, estis, aliquot horis deglutite? Si licet tunc vobis cum dissolutione tabernæ & cauponas maximâ diei parte frequentare: *Si licet Sabbatho ludis chartaceis vel aleis vacare, ac postmodum etiam contentionibus & rixis, juramentis & blasphemis Deo infestos esse? An non hæc verè contingunt festis & dominicis diebus? An pauci sunt inter vos qui sua tunc prodigunt, & postmodum necessitate coactante ad illicita, ad furta, ad iniustitiam declinant? An pauci sunt qui post remulentiam diebus istis contentiones sulcant, & juramenta horrenda proferunt? Cui va eui foræ, cui rixæ? Nonne his qui student calicibus epotandis, inquit Sapiens. Quis enumeret mala quæ tunc committuntur? Hinc fit ut dicat Dominus: *Solemnitates vestras eduxi animam meam, laboravi sustinens, quasi dicit: Dum vos non laboratis diebus festis, ego laboro, dum vos exonerati estis ego onero. Laborare enim me & ferre facitis in peccatis vestris, & super dorsum meum fabricatis, o peccatores, onero mihi & odiosæ Solemnitates vestras odi, quia vestre sunt, non meæ, voluptati vestre consecrate sunt, non cultui meo, voluntatem vestram in ea perficitis, non meam. Bacchum potius videmini adorare in festivitate ibus vestris per ebrietates & dissolutiones, quam me Deum vestrum. Respiciat & redite prævaricatores ad cor.**

Prov. 23.

Isa. 1.

3. Interrogo vos mobiles & venatores: *scilicet 3. Nobis Sabbatho totum diem venationi impendere, & officia divina magna ex parte negligere propter illam? Audite S. Aug. serm. 271. de temp. Veniat cuiusque possibile est ad vespertinam atq; nocturnam celebrationem, & oret ibi in conventu Ecclesie pro peccatis suis Deum: qui vero hoc non possit, saltem in domo sua oret, & non negligat Deo solvere votum ac reddere servitutis penium. In die vero nullus se à sacra Missarum celebratione separat, neque otiosus quis domi remaneat. Neque in venatione se occupet & diabolico mancipetur officio, circumageno campos & silvas clamorem & cachinnum ore exaltans, non genitum, nec oratione verba ex intimo pectore ad Deum proferens. Auditis quod S. Augustino non sufficit ad diei Dominicæ vel festivæ sanctificationem curam summo manè missam audire, vespertina autem officia & Missarum solemnitas ob venationem præterire, & conventum Ecclesie negligere? Et quidem licet venatio opus fervile per se non sit, & sub peccato mortali interdicta non censetur, si Missa audiat: vacare tamen illi maxima parte diei festi, iane præter finem est præcepti de sanctificatione festi, nec facile à peccato potest excusari. Debent autem vitare verè filii Dei omnem rationem peccati, omnem offensam Patris sui, omnem occasionem mali exempli. Sic dicimus etiam vobis, o Advocati, Procuratores, Notarii, Gressarii, licet scribere pro lite, aut causâ vobis commissa non sit opus fervile, tamen licitibus*

Advocati, Procuratores, Notarii, Gressarii.